



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An plures possint intervenire patrini, seu susceptores in Baptismo & Confirmatione de jure antiquo, & an inter omnes, si plures sint patrini, contrahatur cognatio spiritualis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

no tamen jure standum est dicendis §. sequente.

§. II.

Quanam circa cognationem spiritualem, sive paternitatis, sive compaternitatis, sive fraternitatis, jure antiquo Decretalium statuta sint, & inter quas personas impediat ea matrimonium contrahendum, vel dirimat jam contractum?

Materia hujus §. cum hodie in usu vix sit, rectius ea ex *Auth. Metho.* hoc §. vel ex variis luris & hujus tituli capitulis c. 1. 2. 3. 5. 6. & 7. &c. intelligi poterit, quam ut pluribus ea hinc examinetur.

§. III.

An per Catechismum precedentem baptismum contrahatur cognatio spiritualis impediens ac dirimens matrimonium?

Etiam hæc §. hujus materia nullius hodie usus est, postquam, quod olim impedimentum impediens erat, baptizandi instructio, sive Catechismus, hodie desit. Videatur c. 5. b. 1. & 2. in 6. eodem.

§. IV.

An plures possint intervenire patrini, seu susceptores in Baptismo & Confirmatione de jure antiquo, & an inter omnes, si plures sint patrini, contrahatur cognatio spiritualis?

Vide de hoc antiquo jure c. *Quamvis* 3. b. 1. in 6. nobis hodie servit ad

hanc cognationem spirituales, ut impedimentum dirimens est, Concil. Tridentinum, quod multa antiqui juris circa hoc impedimentum statuta, correxit. De hoc proinde Tridentino fit

§. V.

Inter quosnam contrahatur cognatio spiritualis in baptismo, & confirmatione de jure novo Concilij Tridentini.

De jure novo Concilij Tridentini in sess. 24. c. 2. de reforma. Matrimonij, duæ tantum sunt species cognationis hujus spiritualis ex baptismo, & confirmatione ortæ. Prima est paternitatis, quæ inter baptizantem, aut confirmatum ex altera parte contrahitur, cum illi proprie loquendo sint Patres spirituales, baptizati hujus, aut confirmati; altera est compaternitatis, quæ intercedit inter baptizantem, vel confirmantem, ac susceptores ex una parte; & inter Patrem & Matrem naturalem baptizati, aut confirmati ex altera parte, cum ad vitam tam naturalem, quam spiritualem dandam prolihi utrique concurrant.

§. VI.

Quæ conditiones requirantur ad munus Patrini, & ad contrahendam cognationem spiritualem in baptismo, & confirmatione?

Pertinebat olim ad Patrum in vita Christiana instituere eum, cujus in baptismo Patrinus est, præsertim